



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Et Conventvi sancti Quintini Belvacensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium Capituli vestri providentia constitutum, nisi propter manifestam dominus vestra utilitatem. Quod si facere forte presumperit, non teneatur conventus pro his aliquatenus respondere. Nulli ergo &c. nostra prohibitionis &c. usque incursum. Datum Laterani 11. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno decimoquarto.

E I S D E M.

*Epist. 24.
Ut ei licet di-
vina officia ec-
lestante tempo-
re interdicti.*

Soleat annuere &c. usque impetriri. Ea propter &c. ut in alia usque assensu, ut quotiescumque terram nobilis viri Comitis Gifensis patroni monasterii vestri pro suis excessibus, debitis, aut aliquibus causis alii subici contigerit ecclesiastico interdicto, juxta quod vobis est a felicis recordationis Alexandro Pape predecessore nostro indulximus, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppresa voce, divina vobis licet officia celebrare, devotione vestrae auctoritate praesentium indulximus. Decernimus ergo &c. nostra concessionis &c. usque incursum. Datum ut in alia.

*ABBATI ET CONVENTVI
sancti Auberti Cameracensis.*

*Epist. 25.
Confirmat
eorum posses-
siones.*

Cum à nobis petitur &c. ut in alia usque assensu, altare sancte Bovæ vobis à bona memoria Vu. Rotomagensi Archiepiscopo de assensu Capituli sui collatum, altaria de Wildebrouc & de Vrimeude, quæ bona memoria R. Cameracensis Episcopus, & altare de Herentoth, quod venerabilis frater noster I. successor ipsius in eleemosynam consentiente Cameracensi Capitulo vestro monasterio canonice contulerunt, decimas de Crievecuer, Barrastro, & de Hapelaincort ad ipsum monasterium de manu laica rationabiliter consensu ipsius Cameracensis Episcopi revoecatas, & partem decimam de Kion, & omnia alia bona vestra, sicut ea omnia justè ac pacifice possidetis, vobis & per vos eisdem monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno decimoquarto.

*ABBATI ET CONVENTVI
santi Quintini Belvacensis.*

*Epist. 26.
Ne beneficia
non vacanta
promittantur.*

Cum ex injunctio nobis apostolatus officio Ecclesiarum omnium curam & sollicitudinem gerere teneamur, ea in ipsis

corrigere nos oportet quæ in gravamen eorum noscuntur plurimum redundare. Sanè ad nostram audientiam vobis referentibus est delatum quod tam vos quam vestri predecessores ad multorum instantiam importunam quibusdam promissiones de non vacantibus Ecclesiis facientes, pensiones eidem quadam interim contulisti. Quia igitur id contra statuta &c. ut supra lib. xi. epist. c c v. usque auctoritate vobis apostolica districthus inhibemus ne contra &c. inhibitionis &c. usque incursum. Datum Laterani 11. Idus Aprilis, pontificatus nostri anno quartodecimo.

*ABBATI ET CONVENTVI
sancti Eligii Noviomensis.*

Cum ex concessa nobis à Domino ptestate ad omnium Ecclesiarum curam aciem nostræ considerationis extenderemus teneamur, ea corrige nos oportet quæ interdum in ipsis gravamen temere attentantur. Sanè ad nostram audientiam vobis referentibus est delatum quod &c. ut in alia per totum usque in finem. Datum &c.

*PETRO ILLVSTRI REGI
Aragonum.*

Cum donationes nonnullas infra statutis tuae legitimè tempora te facisse proponas in enorme tui dispendium redundantes, majorem partem tuorum reddituum sic donando, nec expedire te nimis egere, quem oportet graves & grandes expensas subire in expugnando Christiani nominis inimicos, praesentium tibi auctoritate concedimus ut omnes donationes predictis temporibus illicitè à te factas legitimè valeas revocare. Hoc expresso specialiter ad cautelam, ut donationes factæ Ecclesiis vel aliis piis locis, si quæ fuerint revocandæ, per ecclesiasticum judicem revocentur. Datum Laterani 11. Idus Aprilis, anno quartodecimo.

*EPISCOPO LINGONENSI,
& nobili viro Duci Burgundie.*

Sicut ex litteris dilectorum filiorum Abbatis & conventus sancti Benigni Divionensis diocesis Lingonensis accepimus, cùm tu, frater Episcope, in tua promotionis initio ad monasterium eorundem, de cuius miserabili lapsu multa didiceras, accessisse gratia visitandi, memoratus conventus in te ac eundem Abbatem & Priorrem ejusdem loci necnon & duos alios Clericos super reformatione domus tam in